ITEM[d].
[XXVIII.[e]].

Si cui commendatę res fuerint vel traditę ad vendendum et in domo eius cum rebus suis[f] forsitan fuerint incendio concrematę, qui conmendata susceperat, praebeat sacramentum nichil exinde suis compendiis profuisse, et nichil ex<s>olvat excepto auro et argento, quod ardere non potuit.

Ben. Lev. 1, 356 erste Hälfte S. 67, 57–64 mit Verkürzungen: Si cui aurum vel argentum aut ornamenta vel quaecumque species fuerint commendatae sive ad custodiendum traditae sint sive vendendae, et in domo ipsius cum rebus suis forsitan fuerint incendio crematae, una cum testibus qui commendata susceperat praebeat sacramenta nihil exinde suis profuisse conpendiis, et nihil cogatur exsolvere; excepto aurum et argentum, quod ardere non poterat. *Die Lesart* potuit *(statt* poterat*) ist bei Benedict belegt: Die Codices Par. Lat. 4635 und 4637 lesen so, desgleichen Benedicts Quelle, die Lex Baiuvariorum 15, 2, vgl. MGH LL nat. Germ. 5, 2 (1926) S. 423, 3.*

XXVIIII. DE DEPOSITIS.

Si vero commendata furto perierint, spacium servatori tribuatur, quo furem perquirat. Quem si invenerit, commendatori res proprias tamtummodo reformet. Compositio vero furti ad eum, qui habuit commendata, pertineat. Quod si fur non fuerit intra statutum <tempus> inventus, medietas rerum commendatarum domino a susceptore reddatur, damnum vero medium utrique sustineant. ||*82r 4375*|| Et si[g] postmodum apud susceptorem commendator[h], quęcumque <fuerint> suppressa, reppererit[i], sicut furtiva ab eo exigantur.

Ben. Lev. 1, 356 (2. Hälfte, bearbeitet und verkürzt) S. 67, 64–5. Si vero quae commendata fuerant furto probantur ablata, ei, qui commendata perdiderat, spatium tribuatur donec furem sua investigatione perquirat. Et si eum invenerit, commendatori res proprias tantummodo reformare procuret; compositio vero furti ad eum, qui habuit commendata, pertineat. Quod si fur non fuerit intra statutum tempus inventus, medietas rerum commendatarum domino suscipiente reddatur, damnum vero medium utrique sustineant. Et si postmodum dominus apud eum, cui commendaverit, quaecumque fuerint suppressa repererit, sicut furtiva ab eo exigantur. – *Dass es sich hier um die*

d) *Fehlt 1568 Bal.* e) *Rubrik und Kapitelzahl fehlen 1568 4375*: De rebus commendatis incensis *rubriziert Bal.* f) *Textabbruch fol. 127v 1568, an derselben Stelle vermerkt Baluze „Cetera desunt in MS."* g) si *über der Zeile 4375.* h) *danach am Zeilenanfang Rasur eines Wortes, ca. 6 Buchstaben 4375.* i) *verschrieben:* reppirit *4375, korr. zu* reppererit *(zweites* p *als* per*-Kürzel ausgeführt) 4375.*